enberg
ss.
Bd. 6
-1791

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0002-3

# RECTOR
## ACADEMIAE VITEBERGENSIS
# GEORGIVS RVDOLPHVS BOEHMERVS
PHIL. ET MED. DOCTOR THERAP. PROF. PVBL.
FACVLT. MEDIC. ET TOTIVS ACAD. SENIOR
PHYS. PROV. SOCIET. OECON. LIPS.
MEMBR. HONOR.

*CIVIBVS ACADEMICIS*

S. P. D

---

ARGVMENTVM INEST

## FELICITAS TEMPORIS VERNI
IN FESTO PASCHATOS.

(6,7)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0004-4

Iam veris orto ſidere
Mutata rerum protinus
Natura ſurgit laetior
Sibique plaudunt omnia,

Paucis diebus ante quae
Iners veternus preſſerat,
Vitalis aurae ſpiritu
Reſuſcitata prodeunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0005-0

Hyems fugata longius
Terras reuiſit barbaras,
Ibique diras candidis
Pennis pruinas excutit.

Quae curſibus non peruiis
Adſtricta ſtabant flumina,
Iam liberata compede
Sonante ſpumant alueo.

Niuoſa tellus abiicit
En geſtiens amicula,
Mollique ferreos ſinu
Exſpectat alma vomeres.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0006-5

Iam laeta promittens comas,
En omnis arbos parturit,
Iam criſpa ſurgunt gramina,
Iniuſſus et flos tollitur.

Mortalium nunc et genus,
Omnisque grex animantium
Non ante nota pectore
Perſentit imo gaudia.

Iam Sol micat ſerenius,
Et Luna ſplendet fortius,
Viretque terra laetius
Ventique ſpirant gratius.

Quorſum iſta vero fuſius
Examinamus carmine?
Dum poſciturque Spiritus,
Videmur haerentes humi.

Vt ſcilicet rationibus
Probemus ex idoneis,
Ipſam arctiori vinculo
Seruire naturam Deo.

Nam veris inſtar floridi
Cum gleba cedit gramini,
Ferale clauſtrum diruens,
Sic Chriſtus exit mortuis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0008-7

Longeque glorioſior
Quam membra terrae ſtrauerat,
Inimica plantis proterit
Victricibus repagula.

In veris hac imagine
Futura cerne ſaecula,
Cum putrido de puluere
Humana creſcent corpora,

Tum ſempiterna ſuauitas,
Ac veris aeternum decus
Regnabit, haud mutabili
Fluxum viciſſitudine.

Haec

Haec Chriſtiane ac talia
Altis repone cordibus,
Coeleſte dum ver appetit
Magnique Sacrum Paſchatos.

P. P.

FESTO PASCHATOS

CIϽIϽCCLXXXIV.

---

*VITEBERGAE*

LITERIS CAROLI CHRIST. DÜRRII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0010-8

Witten berg, Diss., Erg. bd. 6, 1783/91

ULB Halle 3
003 922 553

Sb.

VD 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0011-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0012-9

RECTOR

ACADEMIAE VITEBERGENSIS

# GEORGIVS RVDOLPHVS BOEHMERVS

PHIL. ET MED. DOCTOR THERAP. PROF. PVBL.
FACVLT. MEDIC. ET TOTIVS ACAD. SENIOR
PHYS. PROV. SOCIET. OECON. LIPS.
MEMBR. HONOR.

*CIVIBVS ACADEMICIS*

S. P. D

---

ARGVMENTVM INEST

## FELICITAS TEMPORIS VERNI IN FESTO PASCHATOS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-847153-p0013-4